Phil. II. 9 nunc autem ad dextram majeſtatis div: conſtitutus actu ſecundo & inceſſante uſu eſt Eccleſiæ ſuæ conjunctiſſimum, univerſale & ſolitarium caput, & principale fundamentum. Ut Petra conſtans eſt & ſuſtentare Caſtrum poteſt, aptaq; ut lapides inde exſcindantur: Sic Chriſtus in div: eſſentia immutabilis, ſuſtentat Eccleſiam, poſſuntq; ex eo Chriſtiani, vivi lapides, exſcindi 1. Pet. II. 5. Excipit cum Bellarmino lib 1. de Pontif. Rom. c.10 *Maldonatus;* Petrum & Petram eſſe idem, atq; Matthæum ſcripſiſſe Ebraicè, aut Chaldæo-Syriacè, in qvibus lingvis illa generis differentia non reperitur, uno enim eodemq; nomine Petrus & Petra ſignificatur. Reſp (1) falſum eſt, Matthæum alio, qvam Græco ſcripſiſſe idiomate, qvod in qvæſt. 1. à nobis evictum (2) etiam in Idiomate Syriaco eſt diverſitas generis; Nam ܟܐܦܐ pro nomine proprio Petri eſt maſculinum; at ܟܐܦܐ pro petra ſemper eſt fœmininum, ut intelligamus Chriſtum eſſe τὴν αὐτοφυῆ πέτραν, vel ut *Platonici* dicerent, τὴν αὐτοπέτραν ipſiſſimam, inqvam, *originem ejus fortitudinis & virtutis* qvæ denotatur appellatione Cephæ. In terminatione nulla eſt diverſitas, qvia lingva hæc non flexibilis eſt ac Græca, & virorum nomina hujus formæ ab aliis ſubſtantivis derivata, effert ὁμωνύμως & παρωνύμως. *Arabs Interpres* h. l. ῥωμαΐζει, qvando vertit. אנת אלצחרה Tu es Petra, nam alibi Petrus illi non ea voce nominatur, ſed בטרע: De qvo Conf. Doctiſſ. Caſaub *l. c. p 234 ſeq. & 341 b. ſeq. itemq; p. 350 b. ſeqq.* D. Meiſn. *Depulſ. Excub. Papiſt. p* 228. *& p. 231. fin. ſeqq. itemq; Philoſ. Sobr. P. II. Sect. I. c. 2. Qvæſt 4.* Cl. Dilherrus *Eclog. S. p. 71. ſeq.* Beccman *de Origg LL. p. 852.* Danhavv. *Idea boni Interpret. p. 257.* Lic. Olearius *Exercit. ad Epiſt. Domin p. 343.* Excell. Dn. Stolbergio *Colleg. MSS. in h. l. Paſor in Etym. nominum propriorum, voce* κηφᾶς *p. 41.* D. Dietericus *P. III. Anal. Evang. p. 418. & inprimis p. 423. b.* B. Luth. *in gloſſa marg. ad h. l.* D. Kromayerus *Theol. Poſit. Polem. p. 1036. & Polymath Theol. pag. 168 fin. ſeq.* D. Glaſſius *Rhetor. S. Tract. II. cap. II. p. 1429 ſeq.* D. Sebaſt. Schmidius *in tract. Petrus non Papa, c. 3. p. 116. ſeq.* Althoferus *Harm: Evang. p. 844. Hackſp. P. III. Not. Phil. p. 97. ſeqq.*

QVÆ-